

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman, S. S. Theologiae  
Licentiatus & professor ad Deductionem funebrem quam Viro ... Dn. Theodoro  
Prott Iudicii inferioris secretario ... vidua relicta & liberi parant Inclytæ huius  
Academiae cives officiose invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773017429>


Druck Freier  Zugang




Cothman, J.,  
in  
**Th. P r o t t.**

Rostock. 1631.

37.







PRORECTOR

49

Academiae Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theologiae Licentiatus &

professor

ad

Deductionem funebrem

quam

*Viro Doctissimo & Integerrimo*

DN. THEODORO  
PROTT

Judicij inferioris secretario di-  
gnissimo

*Hodie hora media prima in templo Maria-  
no vidua relicta & liberi parant*

*Invitatione hujus Academiae cives officio-  
se invitatur.*



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M, DC, XXXI

18.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

DR. THEODORO  
Judici interiori factum de  
guldano

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

PRORECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN  
S. S. Theologiæ Licentiatus &  
Professor.

**T**ullius Græcorum pro-  
verbium reperens Libr. I.  
Tusculanarū Quæstionum  
inquit: Quam quisq; novit  
artem, in hac se exerceat.  
Generalem hanc multis re-  
bus accommodabilem sen-  
tentiam arti moriendi accommodantes, deq;  
Christianis re & nomine talibus usurpantes,  
verè dicimus: Christianos artem moriendi  
callentes, in illa se debere exercere. Hi enim so-  
li, ducem spir. S. in, eum, & per scripturam no-  
bis loquentem sequentes, mortem rectè medi-  
tari norunt. Extra Ecclesiæ pomæria constituti  
vulpeculæ Æsopicæ vitreum vas lambentis  
sed pulstem non attingentis similes sunt. Licet  
enim saniores gentiles in cortice hujus rei  
quandoq; hæsisse visi sint, dum mortuos, modo  
beatos modo miseros in utramq; partem disce-  
ptarunt; verè tamen, Deum salvificè ignoran-



tes, nucleum non attigerunt. Comicus ait: nucleum qui esse vult, nucem frangat oportet. Haud aliter qui meditationis mortis nucleum percipere avet, frangat nucem malleo, non rationis humanæ, sed legis & scripturæ divinæ. Hæc enim sola rectè, piè & salutariter mortis meditationem præscribit. Novimus enim inde, quod si terrenum nostrum domicilium hujus tabernaculi destructum fuerit, ædificacionem ex Deo nos habere, domicilium non manu factum, æternum in cælis. Et non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Ubi verum nostrum est *πλίτσυμα*, cujus immunitatibus ut actu ipso nobis perfrui concedatur, desideramus dissolvi & esse cum Christo, idq; nobis hoc infelicissimo seculo, multo longeq; melius est. Orator gloriam commendaturus, defensione pro Milone habita, inquit: ex omnibus præmijs virtutis, si esse habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium gloriam: esse hanc unam, quæ brevitate vitæ posteritatis memoria consolaretur: quæ efficeret, ut absentes adessemus: mortui viveremus, hanc deniq; esse cujus gradibus etiam homines in cælum videantur ascendere. Nos qui Christiani audimus gloria

tia hac mundana relicta, piæ mortis meditationi hæc magis applicamus. Illa namq; verè brevitatem vitæ, posteritatis memoria sempiterna consolatur. Hæc efficit ut mortui vivamus & cum Domino æternum simus. crebrò itaq; moriendum nobis esse cogitemus, Præsertim cum quotidianos casus, mortis opinione celerius manus obscuras nobis iniicientis, deprehendamus. Ut non longe abeamus piè defunctum nostrum consideremus, nobisq; idem contingere posse meditemur. prodijt verò in hanc lucem, cui nunc iusta facimus vir integerrimus & Doctissimus Dn. *Theodorus Protte* Lemgovij, quæ est Civitas comitatus Lippiaci primaria Anno 1574. à parentibus pijs & honestis, patre *Nolte Prototen* cive ac mercatore quondam ejusdem urbis primario; Matre verò *Anna Meyers* scemina pietatis ac honestatis studiosissima, *Iobannis Mejeri* quondam comitis Lippiensis consiliarij fidelissimi (cuius frater *Conradus Mejerus*, relicto papatu primus circa tempora Lutheri Ecclesiæ Blombergensis in comitatu Lippiaco pastor constitutus fuit. Hujus nepos Dn. *Hermannus Mejerus* apud nos in Megapoli Ecclesiæ Ribnicensis est Ecclesiastes.) fi-


lia, Dei gratia adhuc licet Centenaria & ultra  
vitalem trahens spiritum, quæ non parum au-  
diens filium dilectissimum diem suum obiisse,  
commovebitur. præfati hi parentes filium  
hunc suum, tanquam sanctissimum deposti-  
tum, pietati adsuefecerunt, & Gymnasij patrij  
fidelissimorum præceptorum informationi  
commiserunt, quibus ducibus prima scientia-  
rum rudimenta feliciter jecit, ut altioribus &  
sublimioribus dignus judicatus studijs, matre  
& consanguineis suadentibus, nostras Musas  
felici omine salutarit. Cum verò jurispru-  
dentia amore duceretur, usus est opera juris-  
consultorum, ipsa invidia non diffitente, ma-  
gnorum, viro clarissimo & consultissimo Dn.  
*Friderico Heinio* Academia nostræ professori  
juris primario, & viro Magnifico clarissimo &  
consultissimo Dn. *Ernesto Cothmanno* p. m. Il-  
lustrissimi principis & Domini Dn. *Iohannis*  
*Alberti & c.* Cancellario dignissimo deq; Aca-  
demia nostra per multos annos præclarè meri-  
to. Cum autem clarissima hæc Academia no-  
stræ lumina, defuncti nostri, diligentiam per-  
spicerent, filios ipsi suos aliosq; quos filiorum  
loco adamabant (quos interfuit vir consultiss.  
& clariss., Dn. *Iohannes Cothman*, Illustriss. prin-  
cipis

cipis ac Domini Dn. *Iohannes Alberti* Cancellarius Magnificus ) instituendos tradiderunt, quo in munere talem se præbuit, ut fidelis præceptoris officio perfunctus esse rectissime dicatur. Quia verò diligentia justam præmij habet retributionem, ideo factum ut defunctus noster secretarius iudicij inferioris Reipubl. huj9 Urbanæ elect9 sit, quam functionē tanta fidelitate permultos annos sustinit ut laudem meritò inde reportet. Quoniã autē vitæ hæc sociam laborum domesticorū requirebat, conjugem sibi asscivit *Catharinam Riten* fœminam laudatissimam *Heinrich Riten* p. m. civis ac cerevisiarij urbis hujus primarij & *Zahe Lange* filiam, in quo conjugio divina benedictione trium liberorū pater defunctus noster factus est, quorum duo ante patrem vitæ hujus cursum absolverunt, una filia *Adelheit* statim in ipso vitæ hujus ingressu vitæ huic valedixit, alter filius patri cognominis *Theodorus*, annum agens. 20. Anno 1628 à Deo hinc evocatus est. Filius autem natus minimus *Iohannes*, adhuc vitalem auram trahit. Defuncta autem conjugē hac prima Anno 1624. ad vota transiit secunda, eligens virginem Honestissimam ac pudicissimam *Engel Berns Henrici Berendes*  
&

& *Anne Zippermans* filiam, jam viduam mæ-  
stissimam, in quo conjugio utriusq; sexus  
genuit liberos *Henricum* & *Annam*. sensit  
defunctus noster, nos media vita in morte esse  
dum 21. hujus circiter 6. vespertinam Hemi-  
plexia correptus 23. ejusdem circa 11. vesperti-  
nam placidè obdormivit. Cum verò candidi  
hujus viri & ordinis nostri fautoris egregij exu-  
viæ hodie media prima in templo Mariano ter-  
rae matri reddendæ sint, ea propter relicta vidu-  
a mæstissima cæteri q; amici à vobis civibus A-  
cademicis ultimum honorem defuncto exhibe-  
ri rogant, quem ut frequentes præstetis, à vo-  
cis singulis oro & hortor. Memores istius: hodie  
mihi cras tibi. P. P. Sub sigillo Academiae 26.  
Novemb. Anno M DC XXXI.













ria hac mundana relicta, piæ  
tationi hæc magis applicamus. I  
rè brevitatem vitæ, posteritatis  
piterna consolatur. Hæc efficit u  
vamus & cum Domino æternu  
brò itaq; moriendum nobis est  
Præsertim cum quotidianos casu  
nitione celerius manus obscuras  
entis, deprehendamus. Ut no  
mus piè defunctum nostrum c  
nobisq; idem contingere posse  
prodijt verò in hanc lucem, c  
facimus vir integerrimus & Do  
*Theodorus Prot* Lemgovij, qu  
comitatus Lippiaci primaria  
parentibus pijs & honestis, pat  
ten. cive ac mercatore quondam  
primario; Matre verò *Anna S*  
napietatis ac honestatis studio  
*nis Mejeri* quondam comitis L  
filiarij fidelissimi (cuius frater  
*jerus*, relicto papatu primus  
Lutheri Ecclesiæ Blombergenf  
Lippiaco pastor constitutus fi  
pos Dn. *Hermannus Mejerus* ap  
gapoli Ecclesiæ Ribnicensis est B

A 3.

